

Opczno, 28 lipca 1413

*Król Władysław [Jagiello] informuje Wilhelma Kostkę z Postupic, że krzyżacy nie zważając na wieczysty pokój [tj. pierwszy pokój toruński] i wyrok króla rzymskiego i węgierskiego Zygmunta [Luksemburskiego] przygotowują nową wojnę i dopuszczają się aktów wrogości, w ostatnim czasie, zabijając i rabując ponad 200 polskich kupców. W tej sytuacji król wzywa adresata, aby był gotowy wraz ze swoją rotą udać się z pomocą dla niego. Gdy będzie to konieczne, król wyśle nowy list.*

**Kop.:** GSPK, XX. HA, OBA, nr 1978, pap., łac., wym. 310 × 220 mm, stan zły, ubytki tekstu wynikające z wyrwania pokaźnych fragmentów listu z dolnej części lewego marginesu, in dorso prostokątna pieczęć archiwum królewieckiego.

**Wyd.:** CDL, s. 170–171.

**Reg.:** CEV, nr 557; RHD 1/1, nr 1978.

*Adres [in dorso]:* <sup>a</sup>Strenuo et nobili Wilhelmo Costka de Postupicz<sup>1</sup>, | militi nostro dilecto.

Wladislaus Dei gracia | rex Polonie etc.

<sup>b</sup>Nobilis et valide, sincere nobis dilecte! Specialem de vobis gerentes fiduciam | infrascripta vobis curavimus intimare, quomodo Cruciferi de Prussia nobis gwerras | novas iterum suscitare et movere se disponunt, non curantes nec advertentes | pacem perpetuam, quam nobiscum contraxerunt litteris et munimentis firmissimis roboratam, ymmo et sententia serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum et Vngarie etc. regis<sup>2</sup>, fratris nostri carissimi confirmatam. Cuius sentencie et edicto contraire in omnibus et mandata ipsius contempnere non formidant, ymmo stante inter nos pace perpetua stipendarios multitudinis infinite contra nos convocarunt et adhuc convocant, volentes gwerras nobis iterum suscitare et terras nostras invadere improvise. Nuper enim ducentos aut plures mercatores Regni nostri cum uxoribus et infantibus etatis tenere crudeliter in terris propriis occiderunt et bona ipsorum ac mercancias ad castra et fortalicia ipsorum deduxerunt et quicumque ex subditis nostris terras ipsorum Cruciferorum in spem pacis contracte cum bonis et mercanciis eorum ingrediuntur, ab ipsorum Cruciferorum manibus alii aquis merguntur, alii morte crudelissima occiduntur, aliqui vix manus eorum evadunt, bonis tamen propriis spoliati tantasque ab |1| eis inpacientes iniurias sustinemus, quod eadem vix scriptis aut verbis possumus explicare. Quibus tamen obviare divino adiuti auxilio possemus faciliter, sed volumus [<sup>f</sup>]inem sentencie per dominum regem Sigismundum predictum, in quem utrobique firmiter [<sup>com</sup><sup>d</sup>]promisimus ferende et iam in parte late expectantes, cui semper paruimus [<sup>et</sup><sup>e</sup>] adhuc parre presto sumus. Nec eciam volumus gwerras aliquas eis inchoare [...<sup>f</sup>]er compromissum in dominum Sigismundum Romanorum regem factum nisi tunc gwer[ri<sup>g</sup>] s non possemus quoquomodo supportari et ad eas per Cruciferos arceremur [<sup>ips</sup><sup>h</sup>]ique subditis Regni nostri ad terras ipsorum tam in aquis et in terra transitum precluserunt etc. etc. Ideo nobilitatem vestram requirimus et hortamur desideriose affectantes, quatenus consulere nobis et informare nos velitis, si per has nobis et nostris factas iniurias pacem perpetuam nobiscum violarunt, petentes nobilitatem vestram, quatenus preparare cum hiis, quos habere poteritis, se velitis nobis in auxilium, si fuerit necesse, transferre, dum per nostras litteras vos duxerimus iterum informandum et hos, qui Cruciferis in subsidium contra nos voluerint se transferre retinere velitis, interim quousque nostris [<sup>s</sup>] pro vobis litteras dirigemus. Adhuc enim gwerras nobis Cru[cife<sup>i</sup>]ri non moverunt, quas eciam inchoare nolumus, sed dum easdem nobis moverent mox pro [<sup>vobis</sup><sup>j</sup>] nostras litteras dirigere studeremus. Datum in Opczno<sup>3</sup> feria sexta proxima post festum [<sup>beati</sup><sup>J</sup>]acobi apostoli anno Domini M<sup>o</sup> CCCC XIII<sup>o</sup>.

Ad relacionem domini Donyn prepositi sancti | Floriani Cracoviensis, Regni Polonie vicecancellarii<sup>4</sup>.

<sup>a</sup> Inicjał wysokości ok. 3 wersów.

<sup>b</sup> Inicjał wysokości ok. 4 wersów.

<sup>c</sup> Ubytek, uzupełniony.

<sup>d</sup> Jw.

<sup>e</sup> Jw.

<sup>f</sup> Jw.

<sup>g</sup> Jw.

<sup>h</sup> Jw.

<sup>i</sup> Jw.

<sup>j</sup> Jw.

<sup>k</sup> Jw.

<sup>1</sup> *Wilhelm (Vilem) Kostka z Postupic* – czeski szlachcic, jako zaciężny w polskiej służbie walczył pod Grunwaldem, zwolennik husytyzmu, dyplomata, zwolennik przekazania korony czeskiej Witoldowi i Zygmunтови Korybutowiczowi, hetman litomyski, członek delegacji czeskiej na sobór bazylejski i współtwórca kompromisu z Zygmuntem Luksemburskim, zginął 5 listopada 1436 r. podczas oblężenia bronionego przez taborytów Hradca Kralove (S. Józwiak, K. Kwiatkowski, A. Szweda, S. Szybkowski, *Wojna Polski i Litwy z zakonem krzyżackim w latach 1409–1411*, Malbork 2010, s. 287, 289; M. Lechmannová, *Společenský a politický vzestup Kostků z Postupic v druhé polovině 15. století*, Praha 2011, s. 24–27 – online: [https://dspace.cuni.cz/bitstream/handle/20.500.11956/50070/BPTX\\_2010\\_2\\_0\\_145901\\_0\\_7\\_3087.pdf?sequence=1&isAllowed=y](https://dspace.cuni.cz/bitstream/handle/20.500.11956/50070/BPTX_2010_2_0_145901_0_7_3087.pdf?sequence=1&isAllowed=y)).

<sup>2</sup> *Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, księżę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437* (J.K. Hoensch, *Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437)*, München 1996; S. Wefers, *Das politische System Kaiser Sigmunds*, Stuttgart 1989; *Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa*, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; *Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen*, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).

<sup>3</sup> *Opoczno, miasto, gmina loco, powiat opoczyński, woj. łódzkie.*

<sup>4</sup> *Donin ze Skrzyńska i Wistki h. Łabędź, pisarz królewski od 1404, sekretarz królewski 1410–1412, podkanclerzy Królestwa Polskiego 1412–1418, prałat i kanonik licznych kapituł* (PSB 5, s. 471, 472; UC, s. 51, 106, 203; *SułkowskaDokumenty*, s. 209, 210; *KrzyżaniakowaKancelaria*, s. 63–68).